UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Si aduer. rem iudicatam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

3 Beneficium quod datur vni ex ſocijs,quãdo porrigatur ad aliũ. ꝛ nume.5.
4 Quis quando poſſit habere ratum.non ſuo nomine geſtum.
6 Etas vnius ex ſocijs,quando proſit alijs.
7 Appellatio vnius,quando proſit alijs.
8 Principium ſpectatur,quando finis habet neceſſariam conſequẽtiam ad principium.

NEc ſi maior. Factum vnius ex fratrib.nõ nocet alteri,ꝛ reſtitutio. que
cõpetit vni minori,nõ prodeſt alteri maiori.h.d. ¶ No-
1 tabilia habes in ſummario. ¶ Primo habetis† ꝙ fa-
ctum vnius ex fratrib.non nocet alteri.Simile.j.de cõmu.re.alie.l.
j.quibus res iudi.non noc.l.j.ꝛ in toto titu.res inter alios acta ꝛc.
2 ¶ No.ſecũdo †ꝙ qui ratam habet venditionem rei ſue,preiudicat
3 ſibi. ¶ Tertio no.†ꝙ beneficium,ꝙ datur vni ex ſocijs.non porri-
4 gitur ad alium. ¶ Ad ſecundum opp.ꝙ† quis non poterit habere
ratum,qđ non eſt ſuo nomine geſtũ.vt l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de
neg.geſt.Sol.Dic qđ hic ſoror geſſit nomine ſuo,ꝛ fratrũ.Uel ſi in
telligis qđ geſſit nomine ſuo tantũ,reſpondeo contrariũ.ꝙ nõ poſ
ſunt habere ratũ qđ non eſt meo nomine geſtũ.quantũ ad produ-
cendam actionem negotiorum geſtorum mihi vel contra me,vt in
contrario,ſed quantum ad alia,vt ad preiudiciũ mihi generandũ,
poſſum,vt l.ſi fundus.§.j.de pign.niſi in ſubſidium,vt l.mater.j.de
rei ven.ꝛ l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cer.pe.ꝛ vide gloſ.ſuper ver.geſſerat.
5 ¶ Ad tertium notabile op.†ꝙ beneficium vnius ex ſocijs porri-
gatur ad alium,vt l.ſi communem.ff.quemad.ſer.amit.ſi ſer.ven.l.lo
ci corpus.§.ſi fundus.Gl.tua dicit,quod hec lex loquitur in his
que ſunt diuidua,lex contraria loquitur in indiuiduis, quoniam
omnes ſeruitutes ſunt indiuidue,excepto vſufructu,vt l.j.§.j.vſuſ-
fructus.ad leg.Fal.Pe.reprehendit iſtam gloſ.q: licet ſeruitus ſit
indiuidua,tamen obligatio perſonalis eſt diuidua,vt l.per fundũ.
de ſerui.ruſti.pred.Dominus Iac.Bu.tenebat idem,ſed loquẽba
tur magis cuualiter,dicens quod iſta gl.debet intelligi in ipſo iu-
re ſeruitutis,nõ in obligatione perſonali. ¶ Tu dic clarius.Quã
6 doque †beneficium perſonale,ſeu etatis,allegatur ad impediendũ
preſcriptionem ſeruitutis ſeu etatis,ꝛ ſic ad eam conſeruandum,
ꝛ tunc etas vnius prodeſt alteri maiori.vt l.ſi communem.quẽad-
mo.ſerui.amit.Quandoqꝫ allegatur etas vnius ad ſeruitutis de-
clarationem,vt q: agebatur confeſſoria.vel negatoria, tunc idem
vt etas vnius proſit alteri, vt l.loci corpus.§.ſi fundus.ff.ſi ſerui.
vend.Quandoque etas allegatur ad impediendum ſeruitutẽ con
ſtitutam,ꝛ tunc etas vnius prodeſt alteri.q: non poteſt pro parte
conſtitui,vt l.pro parte.ff.de ſerui.Quandoqꝫ allegatur ad impe-
diendum obligationem perſonalem de ſeruitute conſtituenda,tũc
etas vnius non prodeſt alteri,vt l.per fundum.de ſeruit.ruſt.pred.
¶ Item op.de.l.j.ſi vnus ex plurib.app.ꝛ ff.de app.l.ſi quis ſepa-
ratim.§.ſi.Gl.inculcat iſta contraria cũ precedentib.ꝛ dicit qđ ibi
loquitur in indiuiduis,hic in his que ſunt diuidua. Uult dicere
7 †quod ſentẽtia diffinitiua eſt indiuidua ideo non poteſt pro parte
valere,pro parte non, merito vnius appellatio alteri prodeſt.Et
vide glo.iſtud non videtur verum,nam ſententia ex poſt facto pt
eſſe diuidua,vt dicam vobis.j.ti.j.l.j. Preterea quando ſunt plu-
res perſone litigantes,etiam ſententia.j.poteſt eſſe diuidua.qđ in
perſonam vnius feratur in perſonã alterius non,vt l.non idcirco.
ff.de iud.ꝛ l.de vnoquoque.in prin.ff.de re iud. Unde iſta gl.forte
voluit dicere quod illa.l.j.j.ſi vnus ex plu.ꝛ l.ſi quis ſeparatim.§.
ſi.loquatur in cauſis indiuiduis,vt ſuper ſeruitutibus cõmuniter
ille leges generaliter intelligantur,ꝛ pro certo generaliter loquũ-
tur ſcilicet,in obligatione tutele, ꝛ in alijs indiuiduis. Dicamus
ergo prout dictum fuit ſcilicet ꝙ ſpeciale eſt in cauſa appellatio-
nis,quando vna eſt cauſa,ꝛ vna ratio defenſionis vtriuſqꝫ.Ratio
huius eſt,q: ſtudere debemus,vt ſentẽtia ſit indiuidua inquantũ
poſſumus,licet poſſibile ſit,ꝙ ex poſt facto diuidatur,tamen prin
cipaliter debemus ſtudere,vt ſit indiuidua inquantũ poſſumus,
vt l.in hoc iudicio.fami.erc. ¶ Opp.de l.iij.§.ſcio.ſ.de mino.vbi vi
8 detur,†ꝙ debeamus inſpicere initium,ſed hic, tẽpore, quo ratum
habuerunt,iſti erant minores.ergo ꝛc.Sol.Dic hic quãdo ratum
habuerunt,non erãt minores.Dicit gl.vel aliter,poſito quod tem
pore,quo ratum habuerunt,erant minores,tamen ſi poſt quã fa-
cti ſunt maiores habuerunt ratum,non habebunt reſtitutionem.
Non obſtat lex que dicit principium ſpectandum , quia illud ve-
rum,quando finis habet neceſſariam conſequentiam ad princi-
pium,ſed hic rati habitio ſequens non habet neceſſariam conſe-
quentiam ad principium,ſed voluntarie facit,ergo ꝛc.

Si aduerſus rem iudicatam. Rub.XXVII.

LEX I.

1 ☞ Sententia quando poſſit ferri pro parte tantum.
3 Libellus in actione tutele,qualiter poſſit formari.
4 Initium quando inſpiciatur, ꝛ non finis, ad hoc vt detur reſtitu
tio minori aduerſus ſententiam.
6 Aduerſus leſionem contingentem intra modicum tempus, poſt-
quam ceſſauit abſentia,quando detur reſtitutio.
7 Sententia, quando poſſit pro parte valere, ꝛ pro parte non ex
poſt facto.
8 Libellus,quando quis petit ſe reſtitui aduerſus ſententiam,quali
ter concipiatur.

MInus ex tutele. Actori minori ſuccur-
ritur, ſi reus in minus
exstiterit condemnatus,non maiori.h.d. Iſtã legem ha-
beo pro multum ſubtili,licet circa tex.ſit clara. ¶ Opp.
ꝛ videtur quod de iure communi agere poſſet, vt j. de iudic.l.licet.
ꝛ ſ.de tranſact.l.age.Sol.in contrarijs vnam tantum ſpeciem fuit
proſecutus,vnde de alijs poteſt agere de iure communi, hic vero
de illa ſpecie vult agere,de qua fuit iudicatum. ¶ Contra hoc op.
1 †quod etiam de eadem poſſet agere de iure communi,nam ſi iudex
a pro parte fert ſententiam,ꝛ pro parte [a] non, ſententia eſt ipſo iure
nulla,vt l.in hoc iudicio.ff.fami.erciſ.ꝛ l.apud Celſum.§.item que-
ritur.el.j.de do.exce.ſed ſecundum hoc, hec ſententia fuit ipſo iure
nulla,quia de parte tantum pronũciauit. ¶ Huius timore,in hac
l.ſunt opin.ꝛ hic aduerte, ꝙ quidam fatentur contrarium. ꝛ hanc
legem intelligunt.ꝙ in quinque condemnauit,ꝛ in quinqꝫ abſoluit
ꝛ ſic de toto pronunciauit.ꝛ ita videtur ſentire gl. Alij dicũt.quod
iſtud eſt diuinare, ſed hic ſuper toto pronunciauit, hoc eſt ſuper
quinque expreſſe,ꝛ ſuper alijs quinque tacite pronunciauit. q: de
eo ꝙ non dixit,videtur abſoluere,ꝙ glo.ꝛ doct.noſtris non placet.
In ſententia enim nõ preſumitur niſi illud.ꝙ eſt dictum,vt j ſi plu.
vna ſenten.l.j.ꝛ d.l.apud Celſum.§.itẽ queritur.de doli excep. Alij
dicunt ꝙ hic pronunciauit ſuper parte tantũ, ꝛ dicunt ꝙ contra-
riũ non eſt verũ.non enim eſt nulla ſententia,ſed pro parte tantum
pronunciatur,vt hic.Doc.tamen ꝛ gl.dicũt contra per l.in hoc iu-
b dicio.fami.erciſ.ꝛ l.qualem.§.j.ff.de arb. ¶ Quid dicemus:[b] primo
in hoc vtrũ ſententia poſſit ferri pro parte tantũ dicas. ſi quidẽ li-
bellus continet plura capitula,poteſt ſuper vno ferri ſententia.ꝛ ſu
per alio non,vt l.etiã.§.j.ff.com.facit.ſ.de trãſa.l.ſi ex falſis.Idẽ ſi li-
bellus continet vnum capitulũ contra plures,nã cõtra vnũ poteſt
pronunciari contra alios non vt l.de iud.l.nõ idcirco.ꝛ ff.de re iud.
c l.de vno quoqꝫ.ſi vero cõtinet tantum capitulũ,[c] tũc nõ poteſt pro
parte tantũ pronũciari,vt d l.in hoc iudicio.ꝛ l.qualem.§.j.de arbi.
Ita dicunt doc.Addo hoc eſſe verum,quando inſtantia cauſe te-
net ſuper toto,ſecus ſi pro parte eſſet perempta,ita quod ſequere-
tur abſolutio ab obſeruatione iudicij.tunc enim ſufficiat pronun-
ciari ſuper illa parte,in qua tenet iudiciũ.Caſus eſt in l.ſi cõſtante.
2 §.ii.ff.ſol.mat. ¶ Et per hoc dixi ſemel in q.de facto,†cum rei vendi
catione aliquis conueniretur ad fundũ,repertus eſt poſſidere pro
d dimidia[d] tantũ,vnde iudex eum in illa dimidia condẽnauit, in alia
dimidia nihil dixit.Dico ꝙ ſententia valet,q: pro alia parte,quam
non poſſidebat,non procedebat iudiciũ,vt l.ſi.ff.de rei ven. ¶ His
premiſſis,redeo,ꝛ videamus qualiter intelligas hãc legẽ.Gl.vide-
tur velle quod pro parte ſit condemnatus pro parte abſolutus ꝙ
verũ eſt in ſe ſed eſt diuinare.Tu vero pone caſum aliter,quod fuit
actum actione tutele pro vna ſpecie nõ expreſſa quãtitate hoc mo
do,Peto ꝙ reddat adminiſtrati frumenti rationem,ꝛ reliqua reſti
tuat,iudex condẽnauit eũ ad reſtitutionẽ de quinque occaſione re-
liquorum,cum in veritate deberet condemnare ad decẽ. Certe tũc
valet ſententia,ꝛ videtur ſuper toto pronũciatũ.quaſi dicat iſta tan
tum reliqua petere cũ debere.Et hoc forte voluit dicere illi, qui di-
cũt,ꝙ pro alijs quinqꝫ,videtur abſolutus tacite.Sed ſi ponamus,
ꝙ in libello fuiſſet expreſſa certa quãtitas,vt peto decẽ.que reman
ſerũt apud te,ex tali adminiſtratione, tũc haberemus neceſſe dice-
re illud ꝙ gl.dicit,ꝙ in quinqꝫ cõdẽnauit,in quinqꝫ abſoluit. ¶ Ex
3 predictis nota †ꝙ in actione tutele poteſt formari libellus exprimẽ
do certã quãtitatẽ,ad quã quis dicat tutorẽ ſibi teneri,vt hac lege
cũ ſua gl.Poteſt etiã formari libellus nullã exprimendo quantita-
tem,vt ſ.dixi,ꝛ not.in l.j.in princi.ff.de eden. ¶ Procedo vlterius,
opp.hic videtur dicere ꝙ ſufficiat quẽ eſſe minorem tempore iudi-
cij.Contra imo requiritur,quod ſit minor etiã tempore ſentẽtie, vt
ff.eo.l.iij.§.j. Gl.dicit quod iſta ſuppletur per illam,vt hic.dũ dicit,
tempore iudicij,ſubaudi,ꝛ tempore ſententie. ¶ Contra hoc op.ꝛ
4 videtur †ꝙ debeamus inſpicere initiũ,ꝛ nõ finẽ,vt l.ſi min.ꝛ ff.de ſer
uis expor.Sol.Quando finis habet neceſſariã cõſequẽtiã ad prin
cipiũ,tunc inſpicimus principiũ,vt lege contraria, Sed quãdo nõ
habet neceſſariã conſequentiã inſpicimus finẽ,vt d.l.iij.§.j. Dices
tu,nõne ſentẽtia habet neceſſariã cõſequẽtiã ad proceſſum? q: iu-
dex habet iudicare neceſſe,vt l.de qua re.de iudi.ergo debemus in
5 ſpicere tempus proceſſus,nõ tempus ſententie.Hic aduerte.duo
ſunt ſcilicet iudicare,ꝛ ſic iudicare,quod iudex iudicet iſtud habet
neceſſariam conſequentiam ad proceſſum,ſed quod iudex ſic iudi-
cet,iſtud nõ habet neceſſariam conſequentiã ad proceſſum, ꝛ ideo
ego j.

ego putarem quod ſi quidē ſic iudicare veniret ex neceſſaria con-
ſequentia ad proceſſum, vt quia minor omiſit aliquas probatio-
nes, vnde iudex non poterat cōdemnare, tunc etiam aduerſus ſen-
tentiam latam contra minorem peteretur reſtitutio. Secus ſi mi-
nor eſſet ſolum leſus in ſentētia, quia in proceſſu fecerat quicquid
debuerat, tunc non habet locum reſtitutio aduerſus ſententiam,
6 quia illa non habet neceſſariam conſequentiam ad acta. ¶ † Op.
aduerſus leſionem contingentem intra modicum tempus poſt-
quam ceſſauit abſentia, quis reſtituitur, vt l. ab hoſtib. §. ſed quod
ſimpliciter. ff. ex quib. cauſ. maio. ergo eadem ratione aduerſus le-
ſionem contingentem intra modicum tempus, ex quo ceſſauit mi-
nor etas, ſed ego dixi tibi. s. etiam quando ſententia eſt lata con-
tra factum maiorem, ergo, ⁊c. Sol. Dicit gloſſ. ratio eſt quia poteſt
appellare. Hoc nihil eſt dicere. Tu dic quod diuerſa eſt ratio pre-
dictorum, nam modicum tempus, ex quo quis eſt reuerſus, com-
putari non poteſt abſenti, donec ſarcinulas compoſuerit, ⁊ aduo-
catum queſierit, que ratio ceſſat in modico tempore, ex quo ſuper-
7 uenit etas. ¶ † Quero vtrum ſententia poſſit pro parte valere ⁊
pro parte non valere ex poſtfacto, verbi gratia, iudex condemna-
uit me ad decem, ego appellaui, dicens me grauatum ad quinque,
⁊ in hoc obtinui, ⁊ ſic valebit ſententia pro parte, ⁊ pro parte non,
⁊ hoc fatentur Ultramon. arg. ff. de inoffic. teſtam. l. circa. Iaco. de
But. dicebat quod l. circa, nihil facit ad propoſitum, quia ſi iudex
appellationis in quinq; abſoluit, remanet ſententia in aliis quin-
que, ⁊ ſic ſuper toto eſt iudicatum, quando tamen ſunt diuerſa ca-
pitula, nullus negat quin pro parte poſſit ſententia valere, ⁊ pro
parte non. l. Carmelia Pia. de iure patro. ⁊ l. quedam mulier. famil.
ercisc. Ego puto quod ex poſtfacto ſententia poſſit pro parte va-
lere, ⁊ pro parte non, vt in exemplo propoſito, vt condemnatus ad
decem appellauit a quinque, ſtatim appellatio ſola reſcindit ſen-
tentiam in eo quod eſt appellatum, vt ff. ad Turpil. l. j. §. fin. vnde
interim antequam iudex ſentētiet, remanet pro parte valida, ⁊ pro
parte non. hoc etiam apparet ex caſu huius legis ſi bene aduerta-
8 tis. ¶ † Pro huius declaratione quero qualiter formatur libel-
lus, quando quis petit ſe reſtitui in integrū, aduerſus ſententiam,
Hec lex videtur velle, quod quis petat ſe reſtitui vt poſſit ſuper il-
la re, de qua ſententiatum eſt actionem de nouo iterato intentare,
ac ſi ſententiatum non eſſet, hoc apparet ex princ. ⁊ fi. huius legis.
Principium dixit habere actionem, ⁊c. ſecundū hoc videtur quod
debeat de nouo dari libellus, ⁊ lis conteſtari, ⁊c. ⁊ alia facere. Pre-
terea reſtitutio in integ. habilitat, vt poſſit proſequi primā inſtan-
tiam, ac ſi iudicatum non eſſet. In contrarium videtur quod quis
debeat petere reſtitutionem in integrum, vt poſſit primam inſtan-
tiam proſequi, ac ſi iudicatum nō eſſet, vt j. ſi aduer. libe. l. j. ibi dum
dicit, litis inſtaurationem admittit, ⁊c. Breuiter dico ſic. Ad eui-
9 dentiam antequam veniam ad alia, debes ſcire † quod beneficium
reſtitutionis in integrum reſtituit minori illud, quod abſtulit ei le-
ſio, vt l. ait pretor. in princi. ff. eo. ⁊ l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de
mino. ⁊ l. qui proprio. §. item vel conqueritur. ff. de proc. ſecundum
verum intellectum. Dicam. j. in proceſſu. Hoc premiſſo, ſi minor
eſt leſus in ſententia, quia cum iudex deberet condēnare, tutorem
abſoluit, reſtitutio in integr. reſcindit ſententiam contra illud ob-
ſtaculum exceptionis, quod parauit minori, non tamē quod iudex
reſtituens in illa inſtantia condemnet tutorem. Ratio, quia tutor
nunquam fuit condemnatus minori, vnde iſtam cōdemnationem
non reſtituit ſibi reſtitutio, quia nunquam fuit condemnatus, ſed
reſcindit ſententiam tantum, ⁊ ideo nunquam petens reſtitutionē
aduerſus ſententiam, petet, vt ſuper cauſa prima, vigore illius in-
ſtantie habite ſuper reſtitutione iudicetur, ſed quod leſio, que illa-
ta eſt per ſentētiam, remoueatur, ⁊ in priſtinum ſtatum reponatur.
¶ Hoc premiſſo poteſt eſſe quod ſentētia leſit me per neceſſariam
probationem omiſſam, quia non probaueram, vt debueram, tunc
habeo neceſſe in libello omnia iſta narrare, quod ego omiſi talem
probationē, ex quo iudex abſoluit tutorem, propter quod ego mei
facilitate ſum leſus, q; diligens paterfamilias, ⁊ homo maior hoc
non feciſſet, tunc cōcludo quod reſtituar aduerſus dictam ſenten-
tiam, ⁊ reponar in eo ſtatu, in quo eram quādo poteram facere di-
ctas probationes, ⁊ iſto modo intelligitur reſtauratio litis, que
ponitur in l. j. j. ſi aduer. liber. Si vero leſit me ſententia tantum, q;
acta ſtant optime, ⁊ debebat ſententia venire pro me, tunc ſolum
petam reſtitutionem aduerſus dictam ſententiam, ⁊ tunc poſſum
petere reformari ſententiam ex primis actis, ac ſi iudicatum non
eſſet, ⁊ hoc modo poteſt intelligi. d. l. j. ⁊ illud quod hac lege dicitur
quod actio moueret, ⁊c. intelligitur eodem modo quod moueatur
actio proſequēdo primam inſtantiam. Uel poſſumus aliter intel-
ligere hanc legem, ⁊ ſtabit tex. proprie. Egi actione tutele pro vna
ſpecie, ⁊ omiſi aliud acceſſorium, vt puta vſuras, de quibus nihil
dixi, fuit iudicatum, propter ſententiam impedior mouere actionē
ſuper principali, vt conſequar vſuras, que veniunt acceſſorie, vt s.
depoſiti. l. iiij. ⁊ de iudi. l. ſi cum tibi, petam reſtitutionem aduerſus
ipſam ſententiam, vt poſſim actionem principalem mouere pro-
pter vſuras ⁊ alias acceſſiones, ac ſi iudicatum nō eſſet, ⁊c.

ADDITIONES.

a ¶ Et pro parte. Adde quod Bald. vt refert ⁊ ſequitur Paul. de
Caſt. hic dicit, quod ſtante ſtatuto quod non valeat ſententia niſi
ſoluatur gabella ad computum ſex denariorum pro libra ⁊ lata ſit
ſententia in centum, ſolutaq; gabella niſi per quinquaginta, quod
in totum erit ſententia nulla. Tamen ſubdit Pau. de Caſ. reſpon-
diſſe de facto, quod ſtante ſtatuto quod non valeat inſtrumentum
cōtinens ſummam. s. quinquaginta, niſi regiſtratum foret in libro
communis, ⁊ eſſet inſtrumētum de centum, quod valebat in quin-
quaginta, quia ſumma eſt diuiſibilis. Non obſtat deciſio Bal. ſe-
cundum ipſum, quia loquitur in ſentētia que eſt indiuiſibilis. alle.
not. in l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxor.
b AND. BARB. ¶ Quid dicemus. Et vide Bart. in l. qui vas.
ff. de fur. ⁊ in l. ſi conſtante. §. fin. ſolu. matrimo. Dom. Anto. ⁊ alios
in c. cum inter nos. de re iudi. Bald. in l. ij. C. eo. ⁊ gl. in l. apud Cel-
ſum. §. item queritur. ff. de doli exceptio.
c P. PAV. P. ¶ Iſtam ſententiam quod ſuper eodem capitulo non
valeat ſententia lata pro parte, tenet Cyn. ⁊ Iacob. Butr. ⁊ com-
muniter omnes hic, ⁊ gl. in c. placet, extra de conuer. coniug. Uide
etiam Bart. ⁊ Alex. in fi. l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſol. matr. Quid autem
ſi iudex diceret, condemno in decem tantum. Dominus Matheſ.
in quodam conſi. iudex mercatorum. tenet ſententiam in iſto caſu
non valere. Pro quo etiam facit vnam regulam, quam ponit Bar.
in l. iij. §. cum Titio. ff. de adim. leg. In contrarium vide Panor. in
cap. cum inter extra de re iud. vbi late tangit iſtam materiam. Pro
Matheſ. facit, quia in ſententia verba ſtricte intelliguntur. l. j. C. ſi
plur. vna ſen. ideo vbi fit ſtricta interpretatio, non habet locum ar-
gumentum a cōtrario ſenſu. Ergo in aliquo abſoluo, vt per Bart.
in l. omnes populi in vj. articulo principali de iuſti. ⁊ iu. dum ponit
an ſtatuta accipiant interpretationem extenſiuam. Uide latius
de materia quando ſententia lata pro parte valeat. Fel. in ca. cum
inter. de re iudi. vbi ponit quatuordecim limitationes ad regulam
communem, quod ſuper eo. c. non valeat pro parte. ⁊ tranſit etiam
cum opere Abb. circa illud quod dictū eſt de taxatiua, vide etiam
ad regulam quod conſuluit Rom. conſ. ccxviij. incip. in re preſenti.
vbi ponit ſi quis condemnetur ad reſtitutionem, quod valeat re-
ſpectu rei, ſed non reſpectu eſtimationis cum ſint ſeparata capi-
tula. Item vide Bal. in c. inter ceteros. in ij. queſtione de re iud. di-
centem quod ſi eſt deducta ſtipulatio de decem, ⁊ iudex iudicat de
viginti in totum eſt nulla, etiam ſi eſſet iudex competens in tota
ſumma, vt differat a caſu. l. ſi. cum gl. ff. de iuriſd. om. iudi. Sequitur
Fel. in d. c. cum inter. Item quod niſi pronuncietur ſuper toto non
valeat, vide Barba. conſil. xxxvj. volu. iiij. in ij. dubio qui loquitur
quando erat oppoſita exceptio condemnationis que extinguebat
creditum actoris pro parte, vt per eum.
d ¶ Pro dimidia. Adde quid ſi quis vendicat fundi medietatem
pro indiuiſo, ⁊ probat pro diuiſo, quam ſententiam debeat ferre
iudex Fel. conſi. cxxix.
* CLAVDE SEISS. ¶ Et adde Arc. in l. j. §. ſi ſtipulanti. de ver-
borum obligation.

LEX II.

2 ☞ Pater agens cauſa ſtatus, quando poſſit venire contra fa-
ctum ſuum.
3 Filius quando petat ſe reſtitui contra partem.

SI cum pater. In cauſa ſtatus filius mi-
nor aduerſus ſententiā la-
tam pro parte petet ſe reſtitui. h. d. ¶ Not. ex lege quod
1 † ſicut in libello ſuo actor poteſt facere mentionem de
detentione ſine exceptione rei, ⁊ replicatione, ita hic, ⁊ hoc not.
Inn. neſcio in quo. c. in petendo. ego in libello poſſum facere men-
tionem de pacto de non petendo, ⁊ quod poſtea feciſti mihi pactū
2 de petendo, vt hic patet. quod not. ¶ Opponitur † quod pater nō
potuit agere, quia non poteſt venire contra factum ſuum, vt l. poſt
mortem. ff. de adop. Sol. Ueritas eſt iſta. Quandoq; patri obijci-
tur ſolus curſus temporis, quo filius ſtetit in libertate, tūc requi-
runtur viginti anni ad excludendum eum, vt l. j. j. de pat. pote. ⁊ ibi
not. Quandoq; patri obijcitur factum ſuum cum curſu temporis,
tunc ſufficiūt decem anni ad excludendum patrem. vt l. poſt mor-
tem. ff. de adopt. Quandoq; patri obijcitur factum ſuum tantum,
tunc iſta obiectio non excludit eum, ſi factum eſt inualidum hic
3 eſt caſus hic. ¶ † Tertio opp. quod cōtra patrem non poſſet peti
reſtitutio. vt infra qui, ⁊ aduer. quos. l. fin. Solut. Regula illa fallit
in cauſa ſtatus hec eſt bona ſol. que mihi placet. Alij dicunt quod
non petitur reſtitutio aduerſus patrem, ſed aduerſus ſententiam
latam pro patre. Et hanc opi. tenent quidam, quia tunc queritur
de iudice, non de patre, licet Cyn. eam non teneat. ¶ Opponitur
de l. prefecti, ⁊ l. minor eod. titu. ff. Sol. Intellige hic quod de pro-
conſule, ibi de eodem loquitur, ⁊c.

LEX III.

1 ☞ Iudex delegatus quando poſſit de in integrum reſtitutione
cognoſcere.

a **Aduerſus.** [a] Aduerſus ſententiam vicarij,vel
b delegati principis ſol⁹ princeps [b]
reſtituit.hoc dicit. ¶ Opponitur in authē.de app.⁊ in-
tra que temp.§.fi. Dicit.glo.aliud in appellatione quam in reſtitu
tione. Tu dic idem.ibi enim appellatur ad principem,licet alij iu-
dices ab eo deputati ſuper hoc cognoſcant vt vidiſtis in l.preci-
* primus.j.de appella. ¶ † Quero an ipſe iudex delegatus poſſit de
reſtitutione in integrum cognoſcere? Quidam dicunt quod ſic vt
l.fin.vbi.⁊ apud quem,⁊ ſic iſta lex corrigitur.argum.pro hoc in l.
qui proprio.§.item queritur de procurator. Breuiter,ſi quidem
reſtitutio petitur aduerſus aliquam interlocutoriam,tūc ipſemet
delegatus poterit reſtituere,vt d.l.fin.j.vbi.⁊ apud quē.ſi petitur
reſtitutio aduerſus diffinitiuam,tunc ipſemet delegatus reſtitue-
re non poſſet,vt hic,niſi ſibi ſpecialiter committeretur,vt lege con
traria,⁊c.

ADDITIONES.

a ¶ Aduerſus. Pro concordia. Aduerte,quod reſtituere poteſt ſo
lus princeps aduerſus illū,qui vice principis iudicauit.ita Bar.
⁊ Bal.in hac l.aduerſus.Bar.in l.fi.C.vbi,⁊ apud quem,cōtra vi
detur tenere in l.iudex.ff.de re iu.hic refert Pan.in conſil.lxxxviij.
Tu dic,vt ipſe ſenſit vbiq; aut reſtitutio fit de directo aduerſus
ſententiam ipſam diffinitiuam ⁊ nō pōt,qꝛ functus eſt officio ſuo.
Et ita videtur clare determinare Bar.in l.j.in fi.ff.de queſtio.⁊ iu
rib.prealle. Aut debet fieri reſtitutio circa aliquam interlocuto-
riam,⁊ circa appendicia non circa principalem,⁊ poterit delega-
tus reſtituere. Iſta fuere de mente ipſius Barto.vbi ſ.

b ¶ Princeps. Adde quod Bald.ex hoc infert,quod ſtante conſti
tutione legati,quod appellatio nō intelligatur deſerta,licet Apo
ſtoli non fuerint petiti,⁊ legatus a Papa in terra iuriſdictionis
ſue protulerit ſententiam a qua fuit appellatum non tamen fue-
runt Apoſtoli petiti,quod appellatio dicitur deſerta, quia con-
ſtitutio inferioris non obſt,delegato Principis.

LEX IIII.

1 ☞ Sententia lata contra minorem indefenſum, quando, ⁊ qui-
bus caſibus valeat.
2 Sententia lata contra minorem,an valeat,ſi tutor fuit,in exordio
litis,ſed non tempore ſententie.
3 Minor an tutor condemnetur quando non defenditur.
4 Si tutor vel curator a principio fuit in cauſa poſtea in proceſſu nō
fuit citatus,ſed minor cum alio eius curatore,an ſententia valeat.

Cum ⁊ minores. Sentētia lata aduer-
ſus minores indefen-
ſos eſt ipſo iure nulla, ſed ſi ſunt defenſi eſt valida, ſed
poſſunt reſtitui.h.d. ¶ Op.factum ab adulto non ha-
bente curatorem eſt validum, vt l.ſi curatorem.ſ.de in integr.reſti.
1 ergo eo.modo ſentētia. Glo.dicunt † quod illud eſt verum in con-
tractib.ſecus in iudicijs ſecundū omnes licet nulla lege caueatur.
Vide gl.certe tex.in l.acta.§.fi.ff.de re iud.videtur hoc multū bene
concludere. ¶ Opp.etiam quod ſententia lata contra minorē va-
leat.ff.ex qui.cau.in poſ.eatur.l.apud Iulianum.§.fi.⁊ l.ſi minor.de
bo.autho.iudi.poſ.Sol. Dicit gl.fallit in ſententia interlocutoria,
vt ibi,hic loquitur in diffinitiua. Dicas quod verum eſt in ſenten-
tia interlocutoria de mittendo,vel non mittendo in poſſeſſionem,
ſecus in alia interlocutoria, que profertur parte preſente,vt vidi-
ſtis in l.ſi preſes.j.quomodo,⁊ quando iud. Item fallit in ſentētia,
diffinitiua, que profertur in poſſeſſione momentanea,vt l.j.j.ſi per
2 vim vel alio modo,⁊ l.j.ſi de momen.poſ.fue.appel. ¶ † Querit gl.
quid ſi tutor vel curator fuit in exordio litis,ſed non interfuit tem-
pore ſententie, an ſententia valeat. Videtur ꝙ non vt l.ſi preſes.j.
quomodo,⁊ quando iud. Gl.determinat contrariū,⁊ dicit. Quan-
doq; tutor,qui interfuit ab initio,ex poſtfacto deſijt eſſe morte,vel
alio caſu,tunc ſentētia lata aduerſus minorē eſt nulla,vt d.l.ſi pre-
ſes. Quandoq; tutor adhuc durat,ſed adeſſe noluit,tunc ſentētia
valet,vt l.quāuis.la j.de adult. Contrariū videtur dicere gl.in d.l.ſi
preſes.vbi dicit ꝙ paria ſunt,tutorem non eſſe vel eſſe,⁊ nolle aſſi-
ſtere. Et dicas ſic. Quandoq; tutor eſt,ſi quidē aſtitit in toto pro-
ceſſu,noluit tamen adeſſe ſentētie, tunc ſentētia valet vt in hac gl.
3 ¶ Ad viū tamen aduerte ꝙ gl.hic dicit † ꝙ condēnatur minor,in-
telligas hoc eſt tutor cōtumax pro minore,vel forte etiam ipſe mi-
nor,ſecūdū ea que dixi in l.j.j.de ſent. Quādoq; tutor noluit adeſſe
in cauſe proceſſu,⁊ tunc ſentētia lata contra minorē nulla eſſet ipſo
iure ſicut quādo non haberet tutorē,vt d.l.ſi preſes.⁊ quod ibi no.
Et ideo cōtra tutorē nolentē venire ad proſequendū cauſam pro-
ditum eſt remedium ꝙ habuiſtis in l.eum qui res.ſ.de proc. ¶ Ex
predictis habes vnum caſum,quādo minor fuit defenſus ab initio
4 non in fin,quid iuris ſit. Quero † quid ſi minor non ſit defenſus ab
initio,licet in fin.ſic. Certe ſentētia eſt nulla,qꝛ legitime non fuit in-
choata cum ſua perſona , vt l.momentanee.j.qui legi.perſo.⁊ vide
glo. Et ſecundū hec habes ſecundū caſum. Tertio caſu quādo mi-
nor non fuit defenſus neq; ab initio neq; in proceſſu, iſte caſus eſt
indubitabilis,vt hic. ¶ Iuxta predicta gl.querit de queſtione no-
5 tabili, † quid ſi ab initio tutor fuit in cauſa, poſtea in proceſſu non
fuit,nec fuit citatus, ſed fuit citatus minor cum alio eius curatore
forte ad illam litem,an valebit ſententia? Gl.videtur dicere ꝙ ſic,
vt l.ſi minor.ff.de bo.auth.iud.poſ.vbi minor habens curatorē po-
teſt venire cū alio defenſore. Doc.non examināt iſtud plene. Bre-
uiter fateor ꝙ ſi tutor inchoauit inſtantiā, minor ipſe cum alio le-
gitimo adminiſtratore poteſt proſequi, qꝛ ipſe habet vtile ius in-
ſtantie,ideo ſi ipſe citatus voluit comparere,optime potuit, ⁊ va-
lebit proceſſus,ſed ſi ipſe noluit comparere,proceſſus factus con-
tra eum non valet,quia non potuit ipſe inuitus citari ad illam in-
ſtantiam, vt l.procuratoribus.ſ.de procura.⁊ ibi dixi vobis, ⁊ ita
conſueuit dicere domi. Lambertinus de Ramponi.quod intelli-
gitur quando ab initio ſolus tutor inchoauit cauſam , ſecus ſi in-
choauit pupillus authoritate tutoris,quia tunc iſta glo.procede-
ret ſimpliciter,vt l.j.§.ſufficit.de admi.tuto. ¶ Quero vltimo quia
hic fuit facta mentio de ſententia nulla, ⁊ ea que reſcinditur per
6 reſtitutionem, † quid ſi in libello dicatur, ⁊ dico ſententiam nullam,
⁊ ſi qua eſt, appello:an valeat? Dico quod ſic,vt cap.auditis,extra
de reſtit.in integ. Dixi.in l.j.quando prouo.non eſt neceſſ.⁊c.

LEX V.

1 ☞ Reſtitutio aduerſus ſententiam latam contra adminiſtrato-
rem minoris quando detur minori.
2 Reſtitutio in integrum quādo competat vbi habeat locum aliud
remedium puta appellatio.
4 Minori an currat tempus ad appellandum.

a **In rem pupilli.** [a] Clariſſima eſt, Breui-
ter dicit. Eodem modo
reſtituitur minor aduerſus ſententiā latam contra eius
adminiſtratorem, ſicut contra ſeipſum.h.d. ¶ Opp.de
1 l.ait pretor.in prin.ff.de mino.vbi datur † reſtitutio de eo quod ge-
ſtum eſt cum minore,ſed hic non geſtum cum minore,ergo.⁊c. Re-
ſpondeo,imo cum ipſo minore eſt geſtū,quando geritur cum eius
tutore,vel curatore,⁊ probatur in hac l.fi. Simile vide bitis in l.iij.
§.ſi procurator.ff.quod quiſq; iur. Sed ſi dicis,iſtud nō eſt verum
proprie, ſed improprie,vt l.j.§.deieciſſe.j.de vi,⁊ vi arma. Ego re-
ſpondeo ꝙ imo proprie geritur cū minore, qꝛ iſte eſt actus licitus
⁊ ſic a tutore vel curatore neceſſario fit, ⁊ neceſſario videtur fieri
recte cum ipſo pupillo, ſicut dicimus de eo qui percutit aliquem
cum pila vel ſagitta, qꝛ vere percutit cū illa pila vel ſagitta, neceſ-
ſario agat,vt l.itē Mela.in prin.⁊ §.j.ff.ad l.Aquil. Dixi alio anno
plene in l.ſed,⁊ ſi vnus.§.ſeruus.ff.de iniu. ¶ Opp.de l.ſi credito.
ſ.ſi tutor vel curat.interue.Sol. Aliud quando quis cōtrahit cum
tutore contēplatione ipſius,aliud quando contra eum ſimpliciter
datur ſententia, qꝛ tunc ſententia mandaretur executioni contra
pupillum,vt l.iiij.in prin.⁊ §.j.ff.de re iud.⁊ l.Plautius.ff.de procu.
2 merito hic minor reſtituitur. ¶ † Item opp.reſtitutio in integrum
non habet locum,vbi competit aliud auxilium,vt l.in cauſe.la ij.ff.
de minor. Sed ille qui ſuccubuit,habet remediū appellationis de
iure communi,ergo videtur ꝙ de neceſſitate reſtitutionem nō ha-
beat. Dicunt quidam ꝙ hic loquitur quando erant elapſa tēpora
appellationis. Quod an ſit verum examinabitur incontinenti,ta-
men quantum ad propoſitum gl.ſo.alio modo,quia reſtitutio tri-
buit plus quam tribuat appellatio, nam per appellationem quis
habet neceſſe adire maiorem iudicem,quod non habet neceſſe per
reſtitutionem. Preterea,per appellationē non poſſet quis reſtitui
ad exceptionē dilatoriam,vt l.ita demum.ſ.de proc.ſed per reſti-
* tutionem ſic*,vt l.minor xxv.annis omiſſam.ff.de minoribus. Pre-
3 terea,hoc probatur in l.j.ſi ſepius in integ.reſti.poſtu. ¶ † Not.er-
b go ex iſta gl.vnam limitationem [b] bonam,⁊ notabilē,ꝙ illud quod
dicitur,quod extraordinarium auxilium non concurrit cum ordi-
nario,eſt verum, niſi extraordinariū ſit magis plenū. Tene menti
totam iſtam gl. ¶ Ad illud autem ꝙ dicitur quod tēpora appel-
lationis non currunt minori opp.j.in quib.cauſ.in integ.reſtit.non
4 eſt neceſſ.l.fi. Dicunt quidam, † fateor ꝙ hodie tempus appellandi
non currit minori,per illam legem. Alij dicunt contrariū,ꝙ fauore
iudiciorum iſta tempora currant minori. Simile j.de iud.l.prope-
randum.§.fi. Habuiſtis no.in l.vlt.ſ.ſi tu.vel cura.interue.⁊ in hoc
reſidet glo. ¶ Contra glo.videtur text.in l.ſi preſes.j.quomodo
quando iud. Preterea videtur ratio,ideo enim in l.prope.in fi.cur-
rit tempus inſtantie,quia parat modicum preiudicium,cum actio
firma remaneat,vt not.in d.l.vlti.ſi tutor vel cura.interue.ſed tem-
pus appellationis non ſolum aufert inſtantiam, ſed etiam aufert
totam cauſam. Quid dicemus? Breuiter poſſumus ſic dicere,
Si minor non habet tutorem,tempora appellationis nō currunt,
vt d.l.ſi preſes.j.quomodo,⁊ quando iud.ſicut non currunt abſen-
ti nec ignoranti, quia iſta computantur a tempore ſcientie,vt vi-
diſtis

diĉtis in l.ab eod.ĵ.quomodo, ⁊ quando iud.ſed ſi habet defenſo-
rem,⁊ non appellat,ſeu non proſequitur,tunc currunt iſta tēpora.
Ita loquitur iſta glo. Sed ſi dicas quod per lapſum iſtorum tem-
porum amittatur cauſa concedo, tamen fauor iudicij requirit vt
iſta tempora labantur,licet poſſit reſtitui,vt in authen.de hered.⁊
fal.§.pupillus.Contra hoc tamen facit gloſſ.que eſt in d.l.ſi preſes.
quomodo, ⁊ quando iud.ſed illam poteſt intelligere quod contra
minorem indefenſum non poteſt ferri ſententia a iudice,vt dixi ſu-
pra l.proxi.ſed per lapſum inſtantie a iure ſic. Uide gloſſ.tuam,⁊
no.⁊ eam perpetuo ten e menti,⁊c.

ADDITIONES.

a AND. BARB. ¶In rem pupilli. Quod appellatione pen-
dente poteſt peti in integrum reſtitutio ⁊ tenuit Arch.lxxxvij.d.c.
irreligioſum, ⁊ hoc etiam dicebat domi.Flor.hic.⁊ alleg.iij.de ap-
pella.⁊ facit,quia poterit peti in principali cauſa,argu.l.impera.§.
poſtquam.vt le.no.cau.
* CLAV. DE SEISS. ¶Sed per reſtitutionem ſic.Contra iſtū
tenet Aret.in cap.qualiter ⁊ quando.ĵ.de accuſatio.
b POMA. ¶Limitationem. Uide Bart.⁊ aliōs ſcribentes in l.in
prouinciali.§.j.ff.de oper.nou.nun.⁊ vnum verbum Ro.conſ.cexx.
in verſic.iij.

Si aduerſus venditionem. Rubr. XXVIII.

LEX I.

SI minor. Iuramentum de non veniendo
cōtra per reſtitutionem impedit
eam poſtulari.h.d. ¶Opp.de l.non dubium.in fi.ſ.
de legi.Huius timore hec lex variatur duob.modis.
Uno modo ſecundum Mar.qui dicit quod hec lex
loquitur generaliter, ſiue decretum iudicis interue-
nit,ſiue non. Non obſtat lex contraria,quia loquitur in contractu
perpetuo prohibitiuo,ſed alienatio rei minoris in quibuſdam ca-
ſibus reperitur permiſſa ideo firmatur iuramento. Bulg.fuit in
contraria opin.quia l.non dubium, loquitur quando contractus
eſt nullus ipſo iure, vnde iuramento non firmatur, ⁊ pars poteſt
agere ex iure ſibi competenti, nec habet hoc neceſſario impetrare
a iudice,vnde iudex nō eſt author periurij.hec lex loquitur quan-
do contractus eſt validus,quia decretum interuenit.Unde habet
neceſſe petere reſtitutionem in integrum, vt poſſit agere,quam ſi-
bi iudex denegat ne poſſit reſtitui,ne ſit author periurij,ideo Bul.
dixit per elegantia verba, vt hic habes in gloſſ. Iſta opi.eſſet vera
iure Codicis, tamen ſuperuenit authen.ſacramenta.que eſt noua
conſtitutio Imperatoris Friderichi,⁊ approbauit opin. Mar.vt
etiam ſi ſuper contractu inualido iuretur, non poſſit minor venire
contra, ſecundum opin.communem.licet quidam contra, vt dice-
mus ſuper dicta authen. ¶Opp.ſ.de tranſact.l.ſi ex falſis.Solu.
Ibi interuenit dolus aduerſarij. ¶Opp.de l.fin.ĵ.de non nu.pec.
Sol. Ibi iuramentum habeat in ſe tacitam conditionem,hic non
habetis alia.Cetera dicemus in authen.ſacramenta ⁊c.

AVTHENT.

2 ☞Contractus quibus ex cauſis fiat inualidus.
7 Iuramentum an preſtetur corporaliter.
9 Impubes proximus pubertati obligatur iuramento.
10 Iuramentum an apponatur in ipſo contractu vel poſtea quan-
docunque,vel prius nihil refert.
11 Quando iuratur extra cōtractū,an requirat̃ preſentia aduerſarij.
12 In dependentibus a ſola voluntate vnius,non requiritur preſen-
tia partis.
14 Iuramentum preſtitum per minorem ſuper contractu inualido
alia ratione quam minoris etatis an validet contractum.
16 Iuramentum preſtitum per minorem,an impediat reſtitutionem
in integrum.
17 Iuramentum interpoſitum ſuper facto, extenditur ad omne ius
quod deſcendit ex illo facto.
21 Si iuratur generaliter non venire contra aliquem contractum ab
eo celebratum,an habeat locum hec authen.
25 Inuiolabiliter cuſtodiri quomodo dicatur.
26 An hec authen.habeat locum quando minor eſt deceptus vltra
dimidiam iuſti pretij,remiſſiue.
27 Iuramentum interpoſitum per metum non obligat.

a SAcramenta. [a] Iſta eſt noua conſtitutio
Friderichi, ⁊ habet multū
altam ⁊ multum ſubtilem materiam.⁊ ego tractaui de
iuramento pleniſſime in l.ſi quis pro eo.in prin.ff.de fi-
deiuſſ.vbi tractaui de omnibus iuramentis, niſi de eo quod a mi-
nore preſtatur,de quo hic dicam,quia hec eſt ſua materia. Et pri-
mo loquitur de iuramento interpoſito ſponte, Secundo de iura-
mentis interpoſitis vi.Secunda ibi,per vim autē.Iac.Col.gloſſa-
uit iſtam aut.⁊ ponit multa ⁊ infinita. Bl.breuiter ponit quedam
ſubſtantialia. Dominus Rofr.commentauit iſtam conſtitutionē,
⁊ ponit eam inter ſenatuſconſulta.⁊ ibi dicit multa bona. Ego di-
cam vobis que ſunt magis quotidiana ⁊ vtilia.¶Et vt intrem gl.
opp.⁊ videtur quod inſtrumentum non ſit obligatorium, niſi in li-
berto,vt l.vt iuriſiurandi.ff.de ope.lib.l.ſi.de lib.cau.⁊ l.ſi quis pro
1 eo.in princ.de fideiuſſ. ¶Huius timore debes ſcire † quod triplex
eſt iuramentū.Quoddam eſt obligatoriū,vt ſi aliquis vult ſe obli-
gare iuramento, nullo alio precedente vel ſequente contractu, ⁊
tunc iuramentū non eſt obligatoriū niſi in liberto, vt l.non dubiū.
in fi.in gl.fi.ſ.de legi. Quoddam eſt iuramentum litis deciſorium,
quando iuratur ſuper aliquo,de hoc loquitur tit.de iureiu.ff.⁊ C.⁊
de hoc non loquitur hec auth.Quoddam eſt iuramentum confir-
matorium alicuius contractus,de illo loquitur hec auth. ¶Item
2 debetis ſcire † ꝙ contractus ſit inualidus multis ex cauſis.Quan-
doque fauore publice vtilitatis, quandoq; eſt quia contra bonos
mores,quandoq; quia non ſeruatur ſolēnitas, quandoq; quia lex
ſibi non aſſiſtit,⁊ multis alijs ex cauſis,vt habes inſti.de inuti.ſtip.
De omnibus iſtis non loquitur hec auth.quandoq; contractus
eſt inualidus ratione minoris etatis,⁊ de hoc tātum loquitur hec
auth. ¶His premiſſis iterum opp.ad hanc auth.ſ.de legib.l.non
dubium. Dicunt quidam quod hec auth.corrigit illam legē. Alij
dicunt,⁊ hanc opi.tenent omnes Ultra.quod iſta auth.non corri-
git legem contrariā.nam hic loquitur quando interponitur ſuper
contractu valido. Dicit enim ſuper contractibus rerum ſuarum.
lex contraria loquitur ſuper contractu inualido,⁊ ſecundum hoc
iſta aut.venit ad l.C.addendo,non corrigendo. Bl.videtur dicere
3 ꝙ veniat corrigendo, † quod ſi interuenerit ſuper contractu inua-
lido, quod illud confirmet. Et hanc tenent omnes, ⁊ conſuetudo
4 approbat,⁊ ego credo ꝙ ſit verum. † Nam iſta auth.fuit facta tem-
5 pore noſtrorum gloſſatorum.Et audiui † ꝙ Imperator Frider.ex
certa ſcientia ſciens iſtas opi.approbauit opin. Martini,ita refe-
runt doctores antiqui. ¶Uenio ad queſtiones.dicitur hic ſacra-
menta. Quero quid eſt hoc dicū ſacramenta? Reſpondeo.debes
6 dicere quod hoc vocabulum hic ponitur improprie, † quia ſacra-
mentum proprie eſt ſacre rei ſignū de quo loquitur tit.extra de ſa-
cra.non reiterā.ſed hic ponitur ſacramētum hoc eſt iuramentum.
7 ¶Quero circa iſtud, † vtrū ſit neceſſe ꝙ ſacramētū preſtetur cor-
b poraliter? [b] Uidetur ꝙ non,q2 auth.ſimpliciter loquitur.In con-
8 trariū videtur ꝙ ſic,vt l.j.huius tit.que hoc probat. † Nam in quib.
caſib.habet locum lex interpretata,in his habet locū lex interpre-
tans,vt in aut.de filijs ante dota.inſtr.natis. Pro hoc videtur tex.
in l.ſi alterius.ĵ.ſi minor ſe ma.dixe.Et hoc de iure ciuili communi-
ter tenetur.Ego credo quod Canoniſte teneāt aliter. ¶Sequitur
in tex.puberum.Quero quid ſi iurauit pupillus ſeu impubes? Bl.
dicit ꝙ non tenet.arg.l.qui iuraſſe.de iureiu.Doc.communiter te-
9 nent † ꝙ ſi impubes eſt maior infante,proximus pubertati,ita ꝙ in
c eo cadat delictum, tunc obligetur iuramento[c], vt l.impuberē.ff.de
fal.⁊ de fur.l.impuberē. ¶Sequitur in text.ſpōte facta dicit ſpōte,
ad differentiā eorū que ĵ.ponūtur per vim,vt videbitis. ¶Sequi-
tur in tex.ſuper.Quero quādo debeat interponi iſtud iuramētum?
10 † Reſpondet gl.ſiue in ipſo contractu ſiue poſtea quandoque, ſiue
11 prius. ¶ † No.ſignificationē iſtius dictionis, ſuper, ꝙ non requiri-
12 tur quod in ipſo contractu fiat. Sed quero † an quādo iuratur ex-
tra contractū requiratur preſentia aduerſarij? Uidetur quod ſic,
vt l.certū.§.ſi quis.ff.de confeſ.⁊ de iureiur.l.iij.in prin.⁊ hoc multi
13 tenent. Contrarium puto, † nam in actibus,qui dependent ex ſola
voluntate vnius nō requiritur partis preſentia, vt in ratihabitio-
ne,vt l.Pomponius ſcribit.de neg.geſt. Item in aditione heredi-
tatis que ſolo animo aditur,ſed iuramentum,de quo hic loquitur
eſt ſolum confirmatoriū,⁊ tamen ſicut ratihabitio poteſt fieri par-
te abſente,ita iſtud iuramentum. ¶Sequitur.in text.contractib.

Quero an hec auth.loquatur in contractib.inualidis vel
validis.De hoc ſunt opi.inter doc.⁊ communiter
tenetur quod hec auth.loquatur tam de contractib.validis quam
de inualidis,vt ſ.dixi. ¶Tamen ad vnum eſt aduertendum,quod
hec auth.ſolum loquitur quando cōtractus eſt inualidus ratione
etatis, nam iuramētum facit eum videri maiorem per iſtam auth.
14 † Si ergo alia ratione contractus eſſet inualidus iuramētum pre-
ſtitum a minore ſimpliciter non validaret iſtum cōtractum,niſi vl-
tra adijceret,q2 iuraret non venire contra,ratione etatis minoris,
vel alia quacunq;.nam ex eo quod iurat non venire cōtra, ratione
minoris etatis habetur pro minore. Ex eo ꝙ ſubdit, vel alia qua-
cunq;,habetur perinde ac ſi maior iuraret.Unde in caſibus in qui
bus iuramentum maioris confirmaret contractum,⁊ hic confir-
mabitur.in caſibus in quibus iuramētum maioris non confirma-
15 ret,nec hic confirmabitur. ¶Et ideo pono.q.de facto. † per mul-
tas ciuitates Italie ſunt ſtatuta que dicunt, quod nullus audeat
cōtrahere cū minore,ſine preſentia cōſanguineorū, ⁊ ſub certa pe-
na,minor cōtrahit,⁊ iurat nō cōtrauenire ratione minoris etatis,
vel alia,vtrum poſſit venire contra.Aduocati cōmuniter dicerent